

PARTIS II. TRACTATVS. II.

loco crebra ac varia pellicula deputat, quid eim dicat: Tot sunt genera quot colores. Alia pallida; alia tetra; alia rubicunda. Deinde si hoies lepra (quod est insitum naturae) vitio polluantur: quid hi faciunt: qui grauioribus morbis corporum praegrant: Sed age iam videamus genera lepra: rum: vt medelas causas agnoscere atque probare possimus. Si fuerit inquit lepra alba vel rubicunda; siue tetra vel pallida; vel si florens ait: hoc est toto corpore decurrens. Nam est detestabilis lepra: quae omnino mundari non possit: est & quae facilem habeat mundationem: Alia quoque aduenticia: alia innata deprehendit: Quae omnia nisi spiritaliter sentiant: ratione intelligentiae simplicis non admittunt. Nam diuina sapientia legis suae profundum in huius extrema saeculi regione quasi templum suo nomine consecratum: intra ciuitatis alterius moenia collocauit. Cuius constructio atque opus quousque magnificum videatur. interioris tamen hominis admirantur ornamenta vitiorum: sed interioris scientiae aditus referare non possunt. Quare oranda est diuina dignatio: vt pulsanibus nobis intelligentiae pateat ingressus. Iubetur igitur diuersa lepra: genera sacerdos templi diligenter inspicere: atque eas habitus vel colores pleniori consideratione deprehendere. A coloribus enim lepra refertur posse agnosci: quos tamen ad peccatum magis animae quam ad morbum corporis manifestum est pertinere. Diuersi etenim colores diuersas animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra conspicitur: languens & agra fides animae denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur: mens furore atque iracundia inflammata & homicidij cruore resperfa cognoscitur. Cum vero alba; tunc haereticorum fuscata & male munda conscientia condemnatur. Sed alia lepra in capite: alia oritur prohibetur in barba. Sunt enim haeretici qui deum patrem videntur tantummodo blasphemare: vt Manichaeus qui non solum eum factorem denegat mundi: verum malorum praetetur esse auctorem.

1. Coř. 11. Hi sunt qui lepram in capite portare videntur. Caput enim inquit apostolus viri christus est. Quae vero lepra in barba portatur: hi sunt qui blasphemare videntur in filium. Christum enim perfectum in aduentu pristino perfecti viri aetuum agentem: quasi tricentariae aetatis utilitas decorauit. Sed & si tetra inquit & liuida fuerit: quid est aliud quam liuoris maculis execranda? Si autem nigra fuerit lepra: fumo vitij idolatriae & sacrificiorum nidoribus notata. Si autem inquit florens lepra fuerit: & cooperuit omnem florem maculationis a capite usque ad pedes: visum sacerdotis diiudicabit. Videbit enim sacerdos: & ecce lepra cooperuit omnem partem corporis: & mudabit illum sacerdos a maculatione: quoniam album mutabit. In hac lepra quam quasi alba & florentem designat: diuersa crimina varie deprehendit. quia cum mundialis vitae voluptas quasi candida & florens existimatur: tum graue vitiorum contagium grassatur in corpore. Nam aut avariciae aut libidinis maculae perperat. Sed hanc lepram cito dicit posse mundari. Avaricia enim criminis facile carere potest: qui conuersus ad dominum ea quae possederit indigentium alimoniam mutauerit: ita vt dicitur in euangelio ait: Verum date elemosinam: & ecce omnia vobis mundata sunt. Libidinem quoque celeriter mudare poterit: si ieiunij frequentissimis & abstinentia corpus retinuerit. sed his omnibus medela per sacerdotem praecipit dominus adhiberi. Dicit enim esse lepra quae sacrificiorum oblationibus emundetur. Aliam vero quam aquae facilius abluant: nec non & quae extra castra posita mundaetur. Esse quoque lepra asserit: quae mundari omnino non possit. Hoc igitur secundum figuram grauiorum peccatorum crimina congregant. Alia sunt quae ante baptismum videntur esse commissa: quae tamen per gratiam baptismi diluunt. Alia vero quae post lauationem baptismatis perpetrant: quae siue grauiora siue minora peccata sunt: visus tamen sacerdotis emundat. Quodcumque enim modicum delictum fuerit: potest a sacerdote omnino relaxari. Quae autem grauiora sunt: disciplina debent ecclesiasticae regulae & ordine purgari. Quae vero insanabilia sunt: deo iudici referantur. Et inde est quod in hoc loco ait: Vnumquodque secundum quod habet propter curationem sacrificium offerre debere. id est. vnusquisque secundum quod se deliquisse cognoscit: siue per carnalem concupiscentiam seu per idolatriam: seu per iuriam: seu mendaciam: quasi lepra se vitij intelligit maculatum: potest potuerit deo sacrificare non desistat. sed dicit genus esse lepra: quod omnino mundari non possit. & ideo huiusmodi homo extra castra iubetur expelli. Hoc est sane erimur quod admittit in spiritu sancto blasphemiam scilicet sicut ipse dominus in euangelio ait: Qui peccauerit in spiritu sancto: non remittetur ei neque hic: neque in futuro. Adiecit enim scriptura diuina lepra esse in vasculis: lepra in parietibus: lepra in vestibulis: lepra in istamie. sed quod in his rebus lepra esse possit: penitus ignoro. quae quia vita caret: etiam sensu carere necesse est: sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse referat: haereticorum praesentiam notari. Quid enim non polluit vbi adulterae doctrinae blasphemiam praedicat? Ideo hanc lepra sacerdos iubetur a pietibus emundare: vt catholicae veritatis doctrina maculosa haereticorum verba depellat. Cum autem lepra in vasculis dicitur esse: propria corporis delicta monstrat. Vasa autem hominum corporibus comparat apostolus. Hinc inquit thesaurus hinc vasis si cibus. In istamie autem lepra hinc paratum se in omnibus deo prebeat: vt mercedem ab ipso consequi mereatur: & in die iudicij securus inue-